

2

1

HIERONYMI FRACASTORII
SYPHILIS
SIVE MORBUS GALLICVS

Veronæ, M D X X X, mense Augusto.

Non sine Priuilegio, multa q; pecuniaria, et excō-
municationis pœna: pro ut in Priuilegijs continetur.



HIERONYMI FRACASTORII
SYPHILIS.
SIVE MORBUS GALLICUS
AD P. BEMBVM.

*Vi casus rerum uarij, quæ semi-
na morbum*

*Insuetum, nec longa ulli per se-
cula uisum*

*Attulerint: nostra qui tempesta-
te per omnem*

*E uropam, partimq; Asia, Libyęq; per urbes
Sæuit: in Latium uero per tristia bella
Gallorum irrupit: nomenq; à gente recepit.
Nec non ex quæ cura: ex opis quid comperit usus,
Magnaq; in angustiis hominum sollertia rebus:
Et monstrata Deum auxilia, ex data munera cœli,
Hinc canere, ex longe secretas quærere causas
Aëra per liquidum, ex uasti per sidera olympi
Incipiam, dulci quando nouitatis amore*

Corruptum, placidi Naturæ suauibus horti
Floribus inuitant: et amantes mira Camænæ.
 Bembe decus clarum Ausoniæ, si forte uacare
Consultis Leo te à magnis paulisper, et alta
Rerum mole finit, totum qua sustinet orbem:
Et inuat ad dulces paulum secedere Musas:
Ne nostros contemne orsus, medicumq; laborem:
 Quicquid id est. Deus hæc quondam dignatus Apollo est:
Et paruis quoq; rebus inest sua sæpe uoluptas.
Scilicet hæc tenet rerum sub imagine multum
Naturæ, fatiq; subest, et grandis origo.
 Tu mihi, quæ rerum causas, quæ sidera noscis,
Et cæli effectus uarios, atq; æris oras,
Vranie, (sic dum puro spatiaris olympo:
Metirisq; uagi lucentes aetheris ignes:
Concentu tibi diuino cita sidera plaudant)
Ipsa ades: et mecum placidas Dea lude per umbras:
Dum tenues curæ, dum myrtae sylua canenti
Aspirat: resonatq; cauis: Benacut ab antris.
Dic Dea quæ cause nobis, post seculâ tanta

I nsolitam peperere luem? num tempore ab illo
 V ecta mari occiduo, nostrum peruenit in orbem:
 E x quo lecta manus soluens de littore Ibero
 A usa fretum tentare, uagi q; incognita ponti est
 A equora: ex orbe alio positas perquirere terras?
 I llic nanq; ferunt, æterna labe per omnes
 I d morbi regnare urbes, passim q; uagari
 P erpetuo cœli uitio: atque ignoscere paucis.
 C ommerci'ne igitur causa accessisse putandum est
 D elatam contagem ad nos: quæ parua sub ipsis
 P rincipijs, mox ex uires ex pabula sensim
 S uscipiens, sese in terras diffuderit omnes?
 V t sæpe in stipulas cecidit quum forte fauilla
 D eface, neglectam postor quam liquit in aruo.
 I lla quidem tenuis primum, similis q; moranti
 I ncedit: mox ut paulatim increuit eundo,
 T ollitur: ex uictrix messem populatur, ex agros,
 V icinum q; nemus: flammæ q; sub æthera iactat.
 D at sonitum longe crepitans Iouis auia sylua:
 E t cœlum late circum, campi q; relucet.

At uero, si rite fidem obseruata merentur,
 Non ita censendum: nec certe credere par est
 Esse peregrinam nobis, transq; æquora uectam
 Contagem: quoniam in primis ostendere multos
 Possumus, attactu qui nullius hanc tamen ipsam
 Sponte sua sensere luem: primi q; tulere.
 Præterea et tantum terrarum tempore paruo
 Contages non unà simul potuisset obire.
 Aspice per Latij populos, qui que herbida Sagræ
 Pæscua, et Ausonios saltus, et Iapygis ora
 Arua colunt: spectata Tyberis qua labitur, et qua
 Eridanus centum fluuijs comitatus in æquor,
 Centum urbes rigat, et placidis interfluit undis.
 Vno nonne uides ut tempore pestis in omnes
 Sæuit: ut sortem pariter transegimus unam?
 Quin etiam externos eadem per tempora primum
 Excepisse ferunt: nec eam cognouit Ibera
 Gens prius, ignotum quæ scindere puppibus æquor
 Ausa fuit: quàm quos disternat alta Pyrene,
 Atq; freta, atq; Alpes cingunt, Rhænus q; bicornis:

Quam reliq̄, quos lata tenet gelida ora sub Arcto.
Tempore non alio Pœni sensistis, et omnes
Qui lætam Aegyptum metitis, fœcunda'q; Nilo
Arua: et Palmiferæ sylvas tondetis Idumes.
Quæ quum sic habeant sese: nempe altius isti
Principium labi, rerum'q; latentior ordo,
(Ni fallor) grauior'que subest, et maior origo.

Principio quæq; in terris, quæ'que æthere in alto,
Atq; mari in magno, Natura educit in auras:
Cuncta quidem nec sorte una, nec legibus iisdem
Proueniunt: sed enim quorum primordia constant
E' paucis, crebro ac passim pars magna creantur.
Rarius ast alia apparent, et non nisi certis
Temporibus'ue, locis'ue: quibus uiolentior ortus,
Et longe sita principia: ac nonnulla, priusquam
E'rumpant tenebris et opaco carcere noctis,
Mille trahunt annos: spatiosa'que secula poscunt.
Tanta ui coeunt genitalia semina in unum.

Ergo et morborum quoniam non omnibus una
Nascendi est ratio: facilis pars maxima uisu est:

*E*t faciles ortus habet, et primordia præsto.
*R*arius emergunt alij: et post tempore longo
*D*ifficiles causas, et inextricabile fatum,
*E*t sero potuere altas superare tenebras.
*S*ic Elephas sacer Ausonj incognitus oris,
*S*ic Lichen latuere diu: quibus accola Nili
*G*ens tantum, regio'q; omnis uicina laborat.

*D*e genere hoc est dira lues, quæ nuper in auras
*E*xijt: et tandem sese caligine ab atra
*E*xemit: duros'que ortus, et uincula rupit.
*Q*uam tamen (æternum quoniam dilabitur æuum).
*N*on semel in terris uisam, sed sæpe fuisse,
*D*ucendum est: quanquam nobis nec nomine nota.
*H*actenus illa fuit: quoniam longæua uetustas
*C*uncta situ inuoluens, et res, et nomina delet:
*N*ec monumenta patrum seri uidere nepotes.

*O*ceano tamen in magno sub sole cadente
*Q*ua misera inuentum nuper gens incolit orbem,
*P*assim oritur: nullisq; locis non cognita uulgo est.
*V*sque adeo rerum causa, atque exordia prima,
*E*t cxlo

E t cælo uariare, et longo tempore possunt.
 Quodq; illic fert sponte aër, et idonea tellus:
 H uc tandem annorum nobis longa attulit ætas.
 Cuius forte suo si cunctas ordine causas
 N osse cupis: magni primum circumspecte mundi
 Q uantum hoc infecit uitium: quot adiuerit urbes.
 Q uumq; animaduertas, tam uastæ semina labis
 E sse nec in terræ gremio, nec in æquore posse:
 H aud dubie tecum statuas, reputerq; necesse est,
 P rincipium, sedemq; mali consistere in ipso
 A ère, qui terras circum diffunditur omnes:
 Q ui nobis sese insinuat per corpora ubiq;,
 S uetus et has generi uiuentum immittere pestes.
 A èr quippe pater rerum est, et originis auctor.
 I dem sæpe graues morbos mortalibus affert,
 M ultimode natus tabescere corpore molli,
 E t facile affectus capere, atq; inferre receptos.
 N unc uero quonam ille modo contagia traxit;
 A ccipe: quid mutare queant labentia secla.
 In primis tum Sol rutilus, tum sydera cuncta

Tellurem, liquidasq; auras, atque æquora porti
Immutant, agitantq; : utque ipso sydera cælo
Mutauere uicem, et sedes liquere priores :
Sic elementa modis uarijs se grandia uertunt .
Aspice ut hibernus rapidos ubi flexit in Austrum
Phœbus equos : nostrumq; uidet depressior orbem :
Burua riget : duratq; gelu : spargitq; pruina
Tellurem : et gelida glacie uaga flumina sistit.
Idem, ubi nos Cancro propior spectauit ab alto,
Vrit agros : arent nemora, et sitientia prata
Siccaq; pulueris æstas squallescit in aruis .
Nec dubium, quin et noctis nitor, aurea Luna,
Cui maria alta, omnis cui rerū obtemperat humor :
Quin et Saturni graue sydus, et æquior orbi
Stella Iouis, qn pulchra Venusq; et Martius ignis,
Ac reliqua astra etiam mutant elemēta, trahantq;
Perpetuum : et late magnos dent undiq; motus.
Precipue scdem si quando plurima in unam
Conuenerunt : suo uel multum deuia cursu
Longe alias tenuere uias . hæc scilicet annis
Pluribus

P luribus, et rapidi post multa uolumina cæli
E ueniunt: Dÿs fata modis uoluentibus istis.
V t uero euenisse datum est: numerumq; dies q;
E xegere suos, præfixa q; tempora fatis:
P rob quanta Aërios tractus, salsa æquora quanta,
T ellurem q; manent, alibi quippe omnia late
C ogentur spatia in nubes: cælum imbribus omne
S oluetur: summis q; uoluti montibus amnes
P ræcipites secum syluas, secum aspera saxa,
S ecum armenta trahent: medius pater impete magno
A ut Padus, aut Ganges sup et nemora alta, domosq;
T urbidus, æquabit pelago freta lata sonante.
A estates alibi magnæ condentur: et ipsæ
F lumina speluncis flebant arentia Nymphæ.
A ut uenti cuncta inuertent: aut obicé clausi
E xcutient tellurem imam, et cum turribus urbes.
F orsitan et tempus ueniet, poscentibus olim
N atura, fatisq; Deum, quum non modo tellus
N unc culta, aut obducta mari, aut deserta iacebit:
V erum etiam Sol ipse, nouum (quis credere possit)

Curret iter : sua nec per tempora diffluet annus.
 Ast insueti æstus, insueta'q; frigora mundo
 Insurgent : et certa dies animalia terris
 Monstrabit noua : nascentur pecudes'q; fera'q;
 S ponte sua : prima'q; animas ab origine sument.
 Forsitan et maiora audens producere Tellus
 Cæum'q;, Enccladum'q; feret, magnum'q; Typhoëa,
 A usuros patrio superos detrudere cælo :
 Conuulsum'q; Osan nemoroso imponere Olympo.
 Quæ quum perspicias: nihil est cur tempore certo
 Admirere, nouis magnum marcescere morbis
 Aëra : contages'q; nouas uiuentibus ægris
 Sydere sub certo fieri, et per secula longa.
 Bis centum fluxere anni, quum flammea Marte
 Lumina Saturno tristi immiscente, per omnes
 Auroræ populos, per quæ rigat æquora Ganges,
 Insolita exarsit febris : quæ pectore anhelò
 Sanguineum sputum exagitans (miserabile uisu)
 Quarta luce frequens fato perdebat acerbo.
 Illa eadem Assyriæ gentes, et Persidos, et quæ
 Euphratem,

E ufratē, Tigrimq; bibunt : post tempore paruo
C orripuit , dicesq; Arabas, mollemq; Canopum,
I nle Phrygas: inde exmiscrum trans æquora uellā
I nscit Latium , atq; Europa: senyt omni.

Ergo age iam mecū, semper sese æthera circum
V oluentem , superumq; domos , ardentiaq; astra
C ontēplare : animumq; agitans per cuncta, require
Q uis status illorum fuerit : quæ signa dedere
S ydera : quid nostris cælum portenderit annis.
H inc etenim tibi forte nouæ contagis origo
O mnis , ex euentus tanti uitæ prima patescet .
A spice cadentes magni qua Cancer olympi
E xcubat ante fores : ex brachia pandit aperta .
H inc diræ facies , hinc se diuersa malorum
O stendent portenta : una hac sub parte uidebis
M agna coisse simul radijs ardentibus astra :
E t coniuratas sparsisse per æra flammās
F lammas , quas longo tumulo sirenis ab alto
P rospiciens senior uates , quem diu per omnes
C ælicolumq; domos duxit , docuitq; futura

V ranie : miseris, inquit, defendite terras
O 'superi, insolitam uideo per inania ferri
I lluuiem : et magnos cæli tabescere tractus.
B ella etiam Europæ miseræ, bella impia, et agros
A usonia, passim currentes sanguine cerno.
D ixit : et illa etiam scriptis uentura notauit.
M os superū est, ubi secla uagus sol certa peregit,
A b Ioue decerni fata : et cuncta ordine pandi,
Q uæcunq; euentura manent terrasq; , polumq; .
Q uod tempus quum iam nostris uenientibus annis
I nstaret : rerum summus sator, et superum rex
I uppiter, acciri socios in rebus agendis
S aturnum, Martemq; iubet, bipotentia Cancer
L imina portarum referat : Dīs'q; atria pandit.
C onueniunt, quibus est fatorum cura gerenda.
I mpiger ante alios flammis, ferroq; coruscans
B ellipotens Mauors : animis cui prælia, et arma,
V in lietaq; manent ; et ouantes sanguine cades.
P ost placidus curru inuectus rex Iuppiter aureo
I nsequitur (ni fata obstent) pater omnibus æquus.
P ostremus

P ostremus longa'q; uia tardatus , ex annis
F alcesq; accedit senior : qui haud immemor iræ
I nnatum ueteris , nato ex parere recusans
S æpe etiam cecidit retro , ex uestigia torfit ,
M ulta minans , multum'q; animo indignatus iniquo .
I uppiter , at solio ex alto , quo se solet uino
T ollere , percenset fata , ex uentura resoluit ,
M ultum infelicis miserans incommoda terræ
B ellâq; , fortunâq; uirum , casurâq; rerum
I mperia , ex prædas , ad aperta'q; limina morti :
I n primis ignota noui contagia morbi :
M orbi , qui humana nulla mansuescat opis ui .
A ssesere Dei reliqui : concussus olympus
I ntremuit : tactus'q; nouis defluxibus æther .
P aulatim aëry tractus , ex inania lata
A ccepere , luem iuacuas'q; insuetus in aurâ
M arcior . ut : cælum'q; tulit contagia in omne
S iue quod ardenti tot concurrentibus astris
C um sole , è pelago multos terrâ'q; vapores
T raxerit ignea nis : qui missi tenuibus auris

Correpti q; nouo uitio, contagia uisu
Petrera attulerunt: aliud siue aethere ab alto
Demissum, late aërias corruerit oras
 Quanq; animi haud fallor quid agat, quo'ue ordine cœlum,
Dicere, et in cunctis certas perquirere causas,
Difficile esse: adeo interdum per tempora longa
Effectus trahit: interdum (quod fallere possit)
Miscetur fors, et uarij per singula casus:
 Nunc age non id te lateat: super omnia mirant
Naturam, et longe uariam contagibus esse.
Solis nam sæpe arboribus fit noxius aër:
Et tenerum germen, florumq; infecit honorem.
Interdum segetem, et sata læta, anni q; labores
Corripuit: scabra q; ussit rubigine culmos:
Et uitiatâ parens produxit semina Tellus.
Interdum pœnas animalia sola dedere,
Aut multa, aut certa ex ipsi, memini ipse malignant
Luxuriem uidisse anni: multoq; madentem
Autumnum perflatum aëstro: quo perditus omne
Caprigenum genus e' cunctis animantibus animum
 Corruit:

C orruit . à stabulis lætas ad pabula pastor
 D ucebat : tum forte alta securus in umbra
 D um caneret : tenui q; gregem mulceret auena :
 E cce aliquam tussis subito irrequieta tenebat :
 N ec longe mora mortis erat . nanque acta repente
 C ircum præcipiti lapsu , reuomens q; supremam
 O re animam , socias inter moribunda cadebat .
 V ere autem (dictu mirum) atque æstate sequenti
 I nfirmas pecudes , balantumq; horrida uulgus
 P estis febre mala miserum penè abstulit omne .
 V sque adeo uaria affecti sunt semina cæli ,
 E t uariæ rerum species : numerusq; uicissim
 I nter mota subest , interq; mouentia certus .
 N on ne uides , quamuis oculi sint pectore anhelos
 E xpositi mollesq; magis : non attamen ipsos
 C arpere tabem oculos , sed sese immergere in imū
 P ulmonem ? et pomis quanquam sit mollior uua :
 N on tamen ijs uitiat : at ipsa liuet ab uua .
 N empe alibi uires , alibi sua pabula desunt :
 A st alibi mora certa : nec ipsa foramina multum

Non faciunt , hinc densa nimis , nimis inde soluta .
Ergo contagum quoniam natura , genus'que
Tam uariū est: et multa modis sunt semina miris :
Contemplator et hanc , cuius cœlestis origo est :
Quæ , sicut desueta , ita mira erupit in auras .
Illa quidem non muta maris , turbamq; natantum ,
Non uolucres , non bruta altis errantia syluis ,
Non armenta boum , pecudesue , armenta'ue equorū
Infecit : sed mente uigens ex omnibus unum
Humanum genus : et nostros est pasta sub artus .
Porro homine è toto , quod in ipso sanguine crassū
Et sordens lentore foret , fœdissima primum
Corripuit , sese pascens uligine pingui .
Tali se morbus ratione et sanguis habebant .
Nunc ego te affectus omnes , et signa docebo
Contagis miseræ . atque utinam concedere tantum
Musa queat : tantum'q; uelit defendere Apollo ,
Tempora qui longa euoluit , cui carmina curæ :
Hæc multas monumenta dies ut nostra supersint .
Iorte etenim nostros olim legisse nepotes ,

*E*t signa et faciem pestis nouisse, iuuabit.
*N*anque iterum, quum fata dabunt, labentibus annis
*T*empus erit, quum nocte atra sopita iacebit
*I*nteritu data: mox iterum post secula longa
*I*lla eadem exurget: cœlum'q; auras'q; reuifet:
*A*tque iterum uentura illam mirabitur ætas.

*I*n primis mirum illud erat: quod labe recepta,
*S*æpe tamen quater ipsa suum compleuerat orbẽ
*L*una prius, quàm signa satis manifesta darentur.
*S*cilicet extempto non sese prodit aperte,
*V*t semel est excepta intus: sed tempore certo
*D*elitet: et sensim uires per pabula captat.
*I*nterea tamen insolito torpore grauati,
*S*pontè'q; languentes animis, et munera obibant
*A*egrius: et toto segnes se corpore agebant.
*I*lle etiam suus ex oculis uigor, et suus ore
*D*ieictus color haud lata de fronte cadebat.
*P*aulatim caries fœdis enata pudendis
*H*inc atq; hinc inuisa locos, aut inguen edebat.
*T*um manifesta magis uitij se prodere signa.

b ij

Nam simulac puræ fugiens lux alma diei
 Cæserat: et noctis tristes induxerat umbras:
 Innatusq; calor noctu petere intima suetus
 Liquerat extremum corpus: nec membra fouebat
 Obsita mole pigra humorum: tum uellier artus
 Rachia'q;, scapula'q;, graui, suræ'q;, dolore.
 Quippe ubi per cunctas ierant contagia uenas:
 Humores'q; ipsos, et nutrimenta futura
 Polluerant: Natura malum secernere sueta
 Infectam partem pellebat corpore ab omni
 Exterius, uerum crasso quia corpore tarda
 Hæc erat, et lentore tenax: multa inter eundum
 Hærebat membris exanguibus, atque lacertis:
 Inde graues dabat articulis extenta dolores.
 Parte tamen leuiore, magis'que erumpere nata,
 Summa cutis, pulsa, et membrorū extrema petebat.
 Protinus informes totum per corpus achores
 Rumpebant: faciem'que horrendā, et pectora fæde
 Turpabant: species morbi noua: pustula summa
 Glandis ad effigiem, et pituita marcida pingui.
Tempore

T empore quæ multo non post' adaper̄ta debiscens,
 M ucosa multum sanie , tabo'q; fluebat .
 Q uin etiam erodens alte , & se funditus abdens
 C orpora pascebat misere , nam sæpius ipsi
 C arne sua exutos artus , squallentia'q; ossa
 V idimus , & fædo rosa ora debiscere hiatu ,
 O ra , atq; exiles reddentia guttura uoces .
 T um sæpe aut cerasis , aut Phyllidis arbore tristi ,
 V idisti pinguem ex udis manare liquorem
 C orticibus : mox in lentum durefcere gummi .
 H aud secus hac sub labe solet per corpora mucor
 D iffluere : hinc demum in turpem cōcrescere callū .
 V nde aliquis uer ætatis , pulchram'q; iuuentam
 S uspirans , & membra oculis deformia toruis
 P rospiciens , fædosq; artus , turgentia'q; ora ,
 S æpe Deos , sæpe Astra miser crudelia dixit .
 I nterea dulces somnos , noctis'q; soporem
 O mnia per terras animalia fessa trahebant :
 I llis nulla quies aderat : sopor omnis in auras
 F ugerat : ijs oriens ingrata Aurora rubebat :

I is inimica dies : inimica'q; noctis imago.
N ulla ceres illos , Bacchi non ulla iuuabant
M unera : non dulces epulæ : non copia rerum :
N on urbis , non ruris opes , non ulla uoluptas.
Q uamuis saepe amnes nitidos , iucundaq; tempe,
E t placidas summis quaesissent montibus auras.
D ys etiam sparsæq; preces , incensa'q; templis
T hura , et diuitibus decorata altaria donis:
D ij nullas audire preces : donis'ue moueri .

I pse ego Cænomanum memini qua pinguia diues
P ascua Sebina præterfluit Ollius unda,
V idisse insignem iuuenem : quo clarior alter
N on fuit , Ausonia nec fortunatior omni :
V ix pubescentis florebat uere iuuentæ ,
D iuitijs , proauisq; potens , et corpore pulchro .
C ui studia , aut pernicious equi compefcere cursum :
A ut galeam induere , et pictis splendescere in armis :
A ut iuuenile graui corpus durare palæstra :
V enatuq; feras agere , et præuerrere ceruos .
I llum omnes Olli'q; Dea , Eridani'q; puella

O ptarunt, nemorum'q; Deæ,ruris'q; puellæ :
 O mnes optatos suspirauere hymenæos.
 F orsan et ultores superos neglecta uocauit
 N on nequicquam aliqua:et uotis pia numina mouit.
 N am nimium fidentem animis,nec tanta timentem
 I nuasit miserum labes, qua seuior usquam
 N ulla fuit: nulla unquam alijs spectabitur annis,
 P aulatim uer id nitidum, flos ille iuuentæ
 D isperit: uis illa animi: tum squallida tabes
 A rtus (horrendum) miseros obduxit: et alte
 G randia turgebant fœdis abscessibus ossa.
 V lcera (Proh Diuum pietatem)informia pulcbros
 P ascebant oculos,et diæ lucis amorem:
 P ascebant'q; acri corrosas uulnere nares.
 I llum Alpes uicina,illum uaga flumina flerunt.
 I llum omnes Olli'q; Deæ, Eridani'q; puellæ
 F leuerunt: nemorum'q; Deæ ruris'q; puellæ :
 S ebinus'que alto gemitum Lacus edidit amne.
 Ergo hanc per miseris terras Saturnus agebat
 P estem atrox: nec seua minus crudelis et ipse.

Miscebat Mauors : coniuncta'q; fata ferebat.
Quippe lue hac nascente, putem simul omnia diras
Eumenidas cecinisse fera et crudelia nobis.
Tartareos etiam Barathro (dira omina) ab imo
Excuisse lacus : Stygiaq; ab sede laborem,
Pestemq; horribilem'q; famem, bellum'q;, necem'q;.
Dij patrij, quorum Ausonia est sub numine : tuq;
Tu Latij Saturne pater, quid gens tua tantum
Est merita? an quicquam superest diri'q; grauis'q;,
Quod sit inexhaustum nobis? ecquod genus usquã
Auersum usque adeo cœlum tulit? ipsa labores
P arthenope dic prima tuos : dic funera regum,
Et spolia, et prædas, captiuâque collatorum.
An stragem infandam memorẽ, sparsum'que cruorẽ
Gallorum'que, Italum'que pari discrimine : quũ iam
Sanguineũ, et defuncta uirum, defuncta'que equorũ
Corpora uolentẽ, cristas'que, atque arma trabentẽ
Eridanus pater acciperet rapido agmine Tarrum?
Te quoque spumantem, et nostrorum cœde tumentẽ
Abdua, non multo post tempore, te pater idem
Eridanus

Eridanus gremio infelix suscepit : et altum
 Indoluit tecum : et fluuio solatus amico est .
 Ausonia infelix : en quo discordia priscam
 Virtutem , et mundi imperium perduxit auitum .
 Angulus an'ne tui est aliquis : qui barbara non sit
 Seruitia , et prædas , et tristia funera passus ?
 Dicite nos , nullos soliti sentire tumultus ,
 Vitiferi colles , qua flumine pulcher amœno
 Erethenus fluit : et plenis lapsurus in æquor
 Cornibus , Euganeis properat se iungere Lymphis .
 O' patria , o' longum felix , longumq; quieta
 Ante alias , patria o' Diuum sanctissima tellus ,
 Diues opum , fœcunda uiris , letissima campis
 Veribus , rapidoq; Athesi , et Benacide lymphæ ,
 E rumnas memorare tuas , summamq; malorum
 Quis queat ? et dictis nostros æquare dolores ,
 Et turpes ignominias , et barbara iussa ?
 Abde caput Benace : tuo et te conde sub amne :
 Visceribus nec iam Deus interlabere Lauros .
 En etiam , ceu nos agerent crudelia nulla :

*N*ec lacrymæ, planctus'ue forēt: en dura tot inter,
*S*pes Latj, spes et studiorum, et Palladis illa
*O*ccidit, ereptum Musarum è dulcibus ulnis
Flaminij.
*T*e miserum ante diem crudeli funere Marce
*A*ntoni, ætatis primo sub flore cadentem
*V*idimus extrema positum Benacide ripa:
*Q*uàm media inter saxa sonans Sarca abluit unda,
*T*e ripæ fleuere Athesis: te uoce uocare
*A*uditæ per noctem umbræ, manes'q; Catulli:
*E*t patrios mulcere noua dulcedine Lucos.

*T*empestate illa Ausoniam rex Gallus opimam
*V*ertebat bello: et Ligurem ditione premebat.
*P*arte alia Cæsar ferro superabat, et Igni
*E*uganeos, placidum'q; Silim, Carnum'q; rebellem:
*E*t totum luctus Latium, mæror'q; tenebat.

LIBER II

*Vnc age quæ vitæ ratio, quæ cura
n ra adhibenda*

*Perniciem aduersus tantam: quid
tempore quoque*

*C onueniat (nostri quæ pars est altera cepti)
E xpeditam: et miranda hominum comperta docebo.
Q uippe noua quum re attoniti, multa irrita primū
T entassent: tamen angustis sollertia maior
I n rebus, crescens'que usu experientia longo
E uicere: datum'que homini protendere longe
A uxilia: et certis pestem compefcere uinclis:
V ictorem et sese claras attollere in auras.
C redo equidem et quædam nobis diuinitus esse
I nuenta: ignaros fatis ducentibus ipsis.
N am quâquâ fera tempestas, et iniqua fuerunt*

S ydera : non tamen omnino præsentia Dium
 A bsuit à nobis , placidi et clementia cœli .
 S i morbum insolitum , si dura et tristia bella
 V idimus , et sparsos dominorum cæde Penates :
 O ppida'q; , incensas'q; urbes , subuersa'q; regna :
 E t templa , et raptis temerata altaria sacris :
 F lumina deiectas si perrumpentia ripas
 E uertere sata : et medijs nemora eruta in undis ,
 E t pecora , et domini , correpta'q; rura natarunt :
 O bseditq; inimica ipsas penuria terras :
 H æc eadem tamen hæc ætas (quod fata negarunt
 A ntiquis) totum potuit sulcare carinis
 I d pelagi , immensum quod circuit Amphitrite.
 N ec uisum satis , extremo ex Atlante repostos
 Hesperidum penetrare sinus : Præsum'q; sub Arcto
 I nspectare alia , prærupta'q; littora Rhapti :
 Atq; Arabo aduehere , et Carmano ex equore merces
 A uroræ sed itum in populos Titanidis usque est
 S upra Indum , Gangemq; supra , qua terminus olim
 C atygare noti orbis erat : superata Cyambe,
 Et dices

E t ditcs eleno, et felices Macere syluæ.
D enique et à nostro diuersum gentibus orbem,
D iuersum cælo, et clarum maioribus astris
R emigio audaci attigimus ducentibus et Dijs.
V idimus et uatem egregium, cui pulchra canenti
P arthenope, placidusq; cauo Sebethus ab antro
P lauserunt, umbræq; sacri manesq; Maronis.
Q ui magnos stellarum orbcs cantauit, et hortos
Hesperidum, cæliq; omnes uariabilis oras.
T e uero ut taceam, atque alios, quos fama futura
P ost mutos cineres, quos et uenientia secla
A ntiquis conferre uolent: at Bembe tacendus
I nter dona Deum nobis data non erit unquam
M agnanimus Leo: quo Latium, quo maxima Roma
A ttollit caput alta: paterq; ex aggere Thybris
A ssurgit: Romæq; fremens gratatur ouanti.
C uius ab auspicijs iam nunc mala sydera mundo
C esse: et læto regnat iam Iuppiter orbe:
P uraq; pacatum diffundit lumina cælum.
V nus qui erumnas post tot, longosq; labores

Pomponius

Dulcia iam profugas reuocauit ad otia musas :
Et leges Latio antiquas , rectum'q; , pium'q;
Resistuit : qui iusta animo iam concipit arma
Pro re Romana , pro religione Dearum .
Vnde etiam Euphrates , etiam late ostia Nili
Et tantum Euxini nomen tremit unda refusi :
Atq; Aegæa suos confugit Doris in Isthmos .

Ergo alij dum tanta canent : dum'q; illius acta
Incluta component : dum forte accingeris ex tu
Condere , ex æternis uicturum intexere chartis :
Nos , quos fata uocant haud tanta ad munera : lusus
Inceptos , quantum tenuis fert musa , sequamur .

Principio , quoniam affecti non sanguinis una
Est ratio , tibi sit morbo spes maior in illo ,
Sanguine qui insedit puro : uerum quibus atra
Bile tument , spisso'q; resultant sanguine uenæ :
Maior in ijs labor est : pestis'q; tenacius hæret .
Quare operæ pretium est ualidis atq; acribus uti
Omnibus hos contra , miseris nec parcere membris .
Quin etiam meliora sibi promittere cuncta

I lle potest, qui principijs nouisse sub ipfis
S erpentem tacite ualuit per uiscera labem.
N anque ubi pasta diu, uires per pabula longa
A uerit: et iam se uitium firmauerit intraz
H eu quanto tibi libertas speranda labore est.
E rgo omnem impendes operam, te opponere paruis
P rincipijs: memori q; animo hæc præcepta reconde.
In primis ego non omni te assuescere cælo
E xhorter. fuge perpetuo quod flatur ab Austro:
Q uod cæno, immundaq; graue est sudore paludis.
P rotenti potius campi mihi liber et agri
T ractus, et apricis placeant in collibus aura,
E t molles zephyri, pulsusq; Aquilonibus aer.
H ic (iubeo) tibi nulla quies, nulla otia sunt.
R umpe moras: agita assiduis uenatibus apros
I mpiger: assiduis agita uenatibus urfos.
N ec tibi sit labor aërij cursu ardua montis
V incenti, rapidum in ualles defletere ceruum:
E t longa lustrare altos indagine saltus.
V idi ego sæpe malum qui iam sudoribus omne

F inisset : syluisq; luem liquisset in altis .
 S ed nec turpe puta dextram summittere aratro :
 E t longum trahere incuruo sub uomere sulcum :
 N e'ue bidente solum, et duras proscindere glebas :
 E t ualida aëriam quercum exturbare bipenni :
 A tque imis altam eruere ab radicibus ornum .
 Q uin etiam : exercere domi quo te quoque possis :
 P aruam mane pilam uersa mihi, uespere uersa .
 E t saltu, et dura potes exudare palæstra .
 V ince malum : nec te fallat, quod desidis otii
 A sidue desiderium, lecti'que sequetur .
 T u lecto ne crede : graui ne crede sopori .
 H is alitur uitium : et placide sub imagine pacis
 D ecipit : è dulci'q; trahit fomenta quiete .
 N ec non interea effugito quæ tristia mentem
 S ollicitant . procul esse iube curas'q; metum'q;
 P allentem, ultrices'q; iras, omnemq; Mincruæ
 A ddictum studijs animum : sed carmina, sed te
 D electent, iuuenum'q; chori, mistæ'q; puellæ :
 P arce tamen ueneri : molles'q; ante omnia uita
 Concubitus .

Concubitus . nihil est nocuum magis . odit *et* ipsa
Pulchra Venus , teneræ contagem odere puella .
 Quod sequitur : uictus ratio tibi maxima habenda est :
Nec sit cura tibi , ne'ue obseruantia maior .
Principio , quoscunq; amnes , quoscunque paludes ,
Quosque lacus liquidi pascunt , quosq; æquora pisces ,
Omne genus procul amoueo . sunt quos tamen usus
Liberius , quum res cogit , concedere possit .
Omnibus his est alba caro , non dura , tenax' que :
Quos petra , *et* fluuiorū aduersa , maris'q; fatigāt .
Tales nant pelago Phycides , rutilæ'q; per undas
Aurate , Gobi'que , *et* amantes saxea Perca .
Talis dulcifluum fluuiorum Scarus ad ora
Solus saxa inter depastas ruminat herbas .
Sed neq; quæ stagnis uolucres , quæ'q; omnibus altis
Degere amant , liquidis'q; cibū perquirere in undis :
Laudarim . tibi pinguis Anas , tibi crudior Anser
Vitetur : potius'que uigil Capitolia seruet .
Vitetur'q; graui Coturnix tarda sagina .
Tu teneros lactes , tu pandæ abdomina Porcæ ,

P orca heu terga fuge: et lumbis ne uescere aprinis
 V enatu quamuis toties confeceris Apros.
 Q uin neque te crudus Cucumis, non tubera captet:
 N e ue famem Cinara, Bulbis ue salacibus exple.
 N on placeat mihi lactis amor: non usus aceti:
 N on fumosa mero spumantia pocula baccho.
 Q ualia Cynaræ colles, campi que Falerni,
 E t Pucinus ager mittunt: aut qualia nostris
 R hetica dat paruo de collibus uua racemo.
 N empe Sabina magis placeant: diluta que tellus
 Q uæ tulit: et multo domuerunt Naiades amne.
 A t tibi si ex horto uictus, mensæ que Deorum
 S unt animo: atque olerum simplex et iempta uoluptas:
 N on Mentæ uirides, non læta Sisybria desunt,
 I ntyba que, et toto florentes frigore Sonchi.
 E t Sia fontanis semper gaudentia riuis.
 E t Thymbra suaues, et odorifera Calamintha.
 L æta Meliphyllo, et riuo Buglossus ab horto
 C arpantur: plenis que ferax Erucula palmis,
 A tque Olyx, atque Rumex, et falsi gramina Crithmi.

I pſa Lupum dumeta ferent, hinc collige primos
 A ſparagos : albæ aſparagos hinc collige uitis :
 Q uum nondum explicuit ramos : umbracula nondū
 T exuit : ꝓ uirides iuſſit pendere corymbos .
 S ingula ſed longum eſt, nec percenſere neceſſe.
 I am' que aliud uocor ad munus, iuuat in noua Muſas
 N aturæ nemora Aonijs deducere ab umbris :
 V nde mihi ſi non è lauro intexere fronti
 S erta uolent : tanta' que caput cinxiſſe corona :
 A t ſaltem ob ſeruata hominum tot millia, dignum
 C enſuerint querna redimiri tempora fronde .
 Vere nouo , ſi quem morbus tenet : aut ꝓ in ipſo
 A utumno , ſi firma ætas : ſi ſanguis abundat :
 R egalem , mediam'ue lacerti incidere uenam,
 P roderit : atque extra ſœdatum haurire cruorem .
 P ræterea, quocunq; habeat te tempore peſtis :
 C orruptum humorem, et contagem educere turpem
 N e pigeat, facilit' que luem deponere ab aluo .
 A nte tamen ducenda, para : concreta reſolue :
 E t crassa attenua : ꝓ lentore tenacia frange .

Ergo Corycium q; Thymum sit cura, Thymum q;
P amphylum, Thymbrae similis qui durior exit :
P rima tibi coxisse , Lupi q; uolubile gramen ,
Fœniculum q; , Apium q; , et amari germina Capni.
H is Polyporum hirtos imitata Filicula cirros
A dditur, et nymphis tangi renuens Adiant s :
H is sterile Asplenium, his pictam Phyllitida iunge .
Q uorum ubi decoctum permultis ante diebus
E biberis : crudum que humorem incoxeris omnem :
T um Scylla medicare acris, et Colocyntide amara.
H elleboros que graui : nec non quæ in litore surgēs,
Q ualudit maris unda , ter euariata colorem,
T er flores mutata die, rem nomine signat ,
H erba potens radice : suum cui Zinziber adde :
A dde etiã angineũ Cucumin, Nabathæa q; Thura,
M yrrham q; , Bdelam que, Hammoniæ q; liquorẽ,
E t lacrymam Panaceam, et dolci Colchica bulbo.
His actis, si forte tibi frigentia corda,
E t molles animi fuerint : nec acerba placbit
I n primis tentare : breui que extinguere pestem :
Sed placidis

Tripolium

Sed placidis agere, et per tempora lenibus uti.
Tum superest tibi cura animum ad fomenta relicta
Vertere, contagisq; ad tenuia semina cæca.
Illa quidem consucta modis inserpere miris.
Profuerint igitur quæq; exsiccantia, quæq;
Marcori resinosa solent obsistere putri.
Tales sunt Myrrha lacrymæ: sunt talia Thura,
Cedrusq; Aspalathusq; immortalisq; Cupressus,
Et bene cum Calamo spirans redolente Cyperus.
Ergo nec desint Castæ: nec desit Amomum,
Macer'ue, Aggalocum'ue tibi, nec Cinnama odora.
Est etiam in pratis illud, iuxtaq; paludes
Scordion, omnigenis quod tantum obflare uenenis,
Contagiq; solet: paruo quærenda labore
Herba tibi, uiret ipsa comis imitata Chamædryn,
Flore rubens, referensq; Alli cum uoce saporem.
Aurora nascente huius frondemq; comantem
Radicesque coque: atque haustu te proluet largo.
Sed neque carminibus neglecta silebere nostris
Hesperidum decus, et Medarum gloria Citre

*Sylvarum : si forte sacris cantata Poëtis
Parte quoq; hac medicam non dedignabere Musam,
Sic tibi sit semper uiridis coma , semper opaca ,
Semper flore nouo redolens : sis semper honusta
Per uiridem pomis syluam pendentibus aureis.
Ergo ubi nitendum est cæcis te opponere morbi
Seminibus : ui mira arbor Cithereia præstat.
Quippe illam Citherea , suum dum plorat Adonim,
Munere donauit multo : et uirtutibus auxit .*

*Quorundã inuentum est, uitrei intra concaua uasis,
Cui collum oblongum est: uenter turgescit in orbem:
Aut Hederæ folia , aut Ida mittente maniplos
Distami , Illyricam'ue Irim, Thamni'ue nigrantem
Radicem, aut Inulas coquere . in sublime solutus
Effertur uapor : et tenuis uacua omnia complet .
Ast , ubi frigenti occurssauit ab aëre uitro:
Cogitur : et rorem liquidus densatur in udum :
Decurritq; uagis per aperta canalìa riuis.
Destillantis aquæ cyathum sub lumina prima
Luciferi potare iubent , stratisq; parare*

Sudorem : nec certe ab re , uis utilis olli est ,

Relliquias morbi tenues dispergere in auras .

*I*nterea si membra dolor conuulsa malignus

Torqueat : æsypo propera lenire dolorem ,

Mastichino' q; oleo: lentum quibus anseris unguen ,

Emulsum q; potes Lini de semine mucum ,

Narcissum' q; , Inulam' q; , liquentia' q; addere mella ,

Corycium' q; , Crocum , et uilem componere Amurcã .

At fauces , atq; ora malus si eroserit Herpes :

Tange Nitro , et uiridi medicata Aerugine lymphæ :

Semina inure mala : et serpentem interfice pestem .

*V*erum ipsos ope non alia consumere Achores

Vrentum quàm ui poteris : quibus addere debes

Pingue aliquid , quod secum intus siccantia portet .

Hæc eadem et , miseros artus si qua ulcera pascunt :

Tollere , concretosque ualebunt soluere callos .

*S*i uero aut hæc nequicq; tentasse uidebis :

Aut uires , animique ualent ad fortia quæque :

Nec differre cupis , quin te committere acerbis

Festines , diram'que breui consumere pestem :

Hinc alia inuenta expeditam : quæ tristia quanto
Sunt magis , hoc tanto citius finire labores ,
Erumnasq; mali poterunt . quippe effera labes
Inter prima tenax, et multo fomite uiuax
Ne dum se haud uinci placidis, et mitibus, at nec
Traclari sinit : et mansuescere dura repugnat .
Sunt igitur Styracem in primis qui, Cinnabarin' que,
Et Miniū, et Stummi agglomerant, et Tbura minuta:
Quorum suffitu pertingunt corpus acerbo :
Absumunt' que luem miseram, et contagia dira .
At uero et partim durum est medicamen, et acra:
Partim etiam fallax : quo faucibus angit in ipsis
Spiritus : eluctans' que animam uix continet ægram,
Quo circa totum ad corpus nemo audeat uti
Iudice me . certis fortasse erit utile membris :
Quæ Papulæ informes, Cbironia que ulcera pascunt.
Argento melius persoluunt omnia uiuo
Pars maior . miranda etenim uis insita in illo est :
Siuo quod id natum est subito frigus' que calorem' que
Excipere : unde in se nostrum cito contrahit ignem.
Quodq;

Quodq; est condensum, humores dissoluit, agit que
 Fortius : ut candens ferrum flamma acrius urit :
 Siue acres, unde id constat compagine mira,
 Particula, nexu'q; suo uinclis'q; soluta
 Introrsum, ut potuere seorsum in corpora ferri
 Colligant concreta : et semina pestis inurunt.
 Siue aliam uim fata illi, et Natura dedere.
 Cuius et inuentum medicamen munere Diuum
 Digressus referam. quis enim admiranda Deorum
 Munera praterat? Syriæ nam forte sub altis
 Vallibus, umbrosi nemora inter glauca salicti
 Callirhoe qua fonte sonans decurrit amæno,
 Fama est, cultorem Diis sacri agrestibus horti
 Cultorem nemorum, sectatoremq; ferarum
 Ilcea labe grauem tanta, dum molle Cyperum,
 Et Casiam, et syluam late fragrantis Amomi
 Irrigat : hæc orasse Deos, et talia fatum.
 Dii, quos ipse diu colui : tu'q; optima tristes
 Callirhoe quæ sancta soles depellere morbos,
 Cui nuper ramosa ferens ego cornua cerui

Aëria uictor fixi capita horrida, quercu:
Dii mihi crudellem misero si tollere pestem
Hanc dabit, quæ me afflicta noctesq; diesq;:
Ipse ego purpureas, ipse albas uerisq; horti
Primitias, uobis uiolas, ego lilia uobis
Alba legam, primasq; Rosas, primosq; Hiacynthos:
Vestraq; odoratis onerabo altaria fertis.
Gramen erat iuxta uiridans, sic fatus, ut æstu
Fessus erat, uiridi defedit graminis herba.
Hic Dea uicino, quæ sese fonte lauabat,
Callirhoe liquido ex antro per lubrica musco
Saxa fluens, iuueni dulci blandita susurro,
Lethæum immisit somnum: sparsitq; sopore
Graminea in ripa, et Salicum nemus inter opacum:
Atque illi uisa est sacro se flumine tollens
In somnis coram esse: pia et sic uoce locuta.
Iteu in extremo Diis tandem audite labore
Cura mei, tibi nulla salus quacunq; uidet Sol
Speranda est terram magnam super. hoc tibi pœna
Dat Triuia, et precibus Triuiæ exoratus Apollo,

O b sacrum iaculo percussum ad flumina Ceruum;
 E t nostris affixa tibi capita horrida truncis.
 N am postquã illa ferã exanimem per gramina uidit
 A bscisso capite : et sacro sparsa arua cruore :
 O mnibus ingemuit syluis : dirumq; precata est
 A uthori . oranti Latous tanta sorori
 A ffuit : et pestem misero immisere nefandam
 D urus uterq; tibi . quin et quacunq; uidet Sol,
 I nterdixit opem . quare tellure sub ima,
 S i qua salus superest , cæca sub nocte petenda est.
 E st specus arboribus tectum , atque horrore uerendũ
 V icina sub rupe , lous qua plurima sylua
 A ccubat : et raucum reddit coma Cedria murmur.
 H uc , ubi se primis Aurora emittet ab undis
 I . re para : et nigrantem ipsis in faucibus agnam
 M actato supplex . atque Ops tibi maxima , dic , hanc,
 D ic , ferio . nigram tum Noctem , umbrasq; silentes,
 V mbrarum'q; Deos , ignota'q; numina Nymphas
 E t Thia uenerare , atræ et nidore Cupressi.
 H ic tibi narranti causam , auxilium'q; uocanti

H aud aberit Dea, quæ cæcæ in penetralia terræ
D educat te sancta : et opem tibi sedula præstet.
S urge age : nec uani species tibi concipe somni.
I lla ego sum , quæ culta uago per pinguia fonte
D ilabor, Dea uicinis tibi cognita ab undis.
S ic ait : et se cœruleo cita condidit amne.
Ille autem ut placidus cessit sopor, omnia lætus
A ccipit : et Nympham precibus ueneratur amicam.
O 'sequor, o' quocunque uocas pulcherrima fontis
V icini Dca Callirhoe. Tum postera primum
E xurgens Aurora , suos ubi protulit ortus:
M onstratum Iouis in sylua sub rupibus altis
A ntrum ingens petit : et nigrantem tergora primo,
V estibulo sistit pecudem : magnæq; trementem
Mactat Opi: tibi'q; inquit, ego hæc Ops maxima macto.
T um Noctem, noctis'q; Deas , ignota precatur
N umina, iam' q; simul Thian, atram'q; Cupressum
V rebat : quum uox terræ reuoluta cauernis
L onge audita sacras Nympharum perculit aures :
N ympharum, quibus æra solo sunt condita curæ.
Extemplo

Extemplo commotæ omnes : ac cæpta reponunt :
Sulfureos forte ut latices , et flumina uiui
Argenti, mox unde nitens concreseret aurum,
Traçtabant : gelido'q; prementes fonte coquebant,
Centum ignis ipsi radios, centum ætheris usti
Bis centum concretorum terræ q; marisq;
Miscuerant, nostros fugientia semina uisus.

At Lipare, Lipare argenti cui semina et auri
Cura data, et sacrum flammis adolere bitumen :
Continuo obscuræ latebrosa per auia terræ
Ilcea adit : firmansq; animum sic incipit ipsa.
Ilceu (nanque tuum nec nom:n, nec mihi labes
Ignota est : nec quid uenias) iam corde timorem
Exue, nequicquam non te huc carissima mittit
Callirhoc, tibi parta salus tellure sub ima est.
Tolle animos : et me per opaca silentia terræ
Insequere, ipsa adero : et præsentî numine ducam,
Sic ait : et se antro gradiens præmittit opaco.
Ille subit, magnos terræ miratus hiatus,
Squallentesq; situ æterno, et sine lumine uastas

S peluncas , terramq; meantia flumina subter.
T ū Lipare. hoc quodcūq; patet, q̄ maxima terra est,
H unc totum sine luce globum , loca subdita nocti,
D ij habitant . imas retinet Proserpina sedes :
F lumina supremas : quæ sacris concita ab antris
I n mare per latas abeunt resonantia terras.
I n medio dites *Nymphæ* : genera unde metalli,
A erisq; , argentiq; , auriq; nitentis origo .
Q uarum ego nunc ad te miserans ipsa una sororū
A duenio, illa ego : quæ uenas per montis hiantes,
C allirhoe haud ignota tuæ , fumantia mitto
S ulfura . sic ibant terra, et caligine tecti .
I amq; exaudiri crepitantes sulfure flammæ,
C onclusiq; ignes, stridentiaq; æra caminis .
H æc regio est late uarijs ubi fœta metallis,
V irgo ait, est tellus : quorum uos tanta cupido
E xercet , superas cœli qui cernitis auras .
H æc loca mille Deæ cæcis habitamus in antris :
N octe Deæ et Tellure satæ : quis munera mille,
M ille artes . studium est alijs deducere riuos :

S cintillas alijs rimari, et sparsa per omnem
S emina tellurem flammaram ignis'q; corusci.
M ateriam miscent alia: massam'q; coërcent
O bicibus, multa et gelidarum inspergine aquarū.
N on procul eruptis fumantia tecta caminis
A etnæ Cyclopes habent: uersant'q;, coquunt'q;
V ulcano stridente, atq; æra sonantia cudunt.
L æua hæc abstrusum per iter uia ducit ad illos.
D extera sed sacri fluuij te sistet ad undam,
A rgento fluitantem undam, uiuo'q; metallo:
V nde salus speranda, et iam aurea tecta subibant,
R orantes'q; domos spodiis, fuligin'q; atra
S peluncas uariæ obductas, et sulfure glauco.
I am'q; lacus late undantes, liquido'q; fluentes
A rgento iuxta astabant: ripas'que tenebant.
H ic tibi tantorum requies inuenta laborum,
S ubsequitur Lipare: postquam ter flumine uiuo
P erfusus, sacra uitium omne reliqueris unda.
S ic fatur: simul argenti ter fonte salubri
P erfundit: ter uirgineis dat flumina palmis

*Membra super: iuuenem toto ter corpore lustrat
Mirantem exuuias turpes, et labe maligna
Extotos artus, pestemq; sub amne relictam.*

*Ergo age, quum primum cœli te purior ær
Accipiet: nitidamq; diem, Solem'q; uidebis:
Sacra para: et castam supplex uenerare Dianã,
Indigenas'q; Deos, et numina fontis amici.*

*Sic Virgo: et iuuenẽ tanto pro munere grates
Soluentem è nocte ætherias educit in oras:
Dimittit'q; alacrem, atque optata in lumina red. lit.*

*Accepit noua fama fidem: populosq; per omnes
Prodyt haud fallax medicamen. cœpta'q; primum
Misceri argento fluitanti axungia porcæ.
Mox etiam Oriciæ simul adiuncta est Terebinthi,
Et Laricis resina æriæ. sunt qui unguen equinum
Vrsinum'ue adhibent, Bdela, Cedri'q; liquorem.
Nonnulli et Myrrhæ guttas, et mascula Thura
Adyiciunt: Minium'q; rubens, et Sulfura uiua.
Haud uero mihi displiceat, componere si quem
Trita Melampodia, atque arentem iuuerit Irim,
Galbanaq;*

G albana' q̄, et Laser graue oleus, oleum' q̄ salubre
L entisci, atq; oleum baud experti Sulfuris ignem.
H is igitur totum oblinere, atq; obducere corpus
N e obscænum, ne turpe puta. per talia morbus
T ollitur: et nihil esse potest obscænius ipso.
P arce tamen capiti: et præcordia mollia uita.
T um super et uittas astringe: et stuppea neſte
V ellera. dein stratis tegmento imponere multo,
D um sudes: fœdæ'q; fluant per corpora guttæ.
H æc tibi bisquimis satis est iterasse diebus.
D urum erit. at quicquid tulcrit res ipsa, ferendū est.
A ude animis. tibi certa salus flans limine in ipso
S igna dabit. liquefacta mali excrementa uidebis
A ſidue ſputo immundo fluitare per ora:
E t largum ante pedes tibi mirabere flumen.
O ra tamen fœda erodent ulcuſcula: ſed tu
L acſe foue: et cocto Cytini, uiridiſ'q; Liguſtri.
T empore non alio generoſi pocula bacchi
A mnucrim ſumenda tibi: purum'q; Falernum,
E t Chia, et pateris ſpumantia Rhetica largis.

d

*Sed iam age vicina uictor gratare saluti.
Vltima adest tibi cura, eadē et placidissima: corpus
Abluere, et lustrare artus, ac membra piare
Stœchade, Amaracinisq; comis, et Rore marino,
Verbenæ que sacra, et bene olentibus Heracleis.*

LIBER III.

Ed iam me nemora alterius felici
cia mundi,
Externi' q; uocant saltus, longe affo-
nat æquor

Herculeas ultra metas : et littora longe
A pplaudunt semota. mihi nunc magna Deorum
M unera, et ignoto deuecta ex orbe canenda
S ancta arbos: quæ sola modum, requiem' q; dolori
E t finem dedit erumnis. age Diua beatum
V ranie uenerare nemus : crines' q; reuinctam
F ronde noua, iuuet in medica procedere palla
P er Latium: et sanctos populis ostendere ramos
E t iuuet hæud unquam nostrorum ætate parentum
V isa prius, nulli'ue unquam memorata referre.
Vnde aliquis forsan nouitatis imagine mira
C aptus, et beroas, et grandia dicere facta
A ssuetus, canat auspiciis maioribus ausas

Oceani intacti tentare pericula puppes .
Nec non ex terras uarias , ex flumina , ex urbes ,
Et uarias memoret gentes , ex monstra reperta :
Dimensasq; plagas : alioq; orientia cælo
Sydera , ex insignem stellis maioribus Arcton .
Nec taceat noua bella : omnemque illata per orbem
Signa nouum , ex positas leges , ex nomina nostra .
Et canat (auditum quod uix uenientia credant
Secula) quodcunque Oceani complectitur æquor
Ingens , omne , una obitum mensumque carina .
Felix , cui tantum dederit Deus . at mihi uires
Arboris unius satis est , usumque referre :
Et quo inuenta modo fuerit : nostrasque sub auras
Aduena per tantum pelagi peruenerit æquor .
Oceano in magno , ardenti sub sydere Cancri ,
Sol ubi se nobis media iam nocte recondit ,
Hæc ignota tenus , tractu iacet insula longo :
Hispanam gens inuentrix cognomine dixit :
Auri terra ferax : sed longe ditior una
Arbore . uoce uocant patry sermonis Hyacum .

I psa teres, ingensq;, ingentem uertice ab alto
Diffundit semper uiridem, semperq; comantem
Arbuteis sylvam foliis. nux parua, sed acris,
Dependet ramis: ex plurima frondibus hæret.
Materia indomita est: duro ex penè æmula ferro
Robora: quæ resinam sudant incensa tenacem.
Dissecta color haud simplex. in cortice, lauri
Exteriore uiret leuor: pars altera pallet
Buxea: at interior nigro suffusa colore est,
Iuglandemq;, Ebenumq; inter. quod si inde ruberet:
Iam poterat uariis æquare coloribus Irim.
Hanc gens illa colit: studioq; educere multo
Nititur: hac late colles campiq; patentes,
Hac omnis uestitur ager. nec sanctius illis
Est quicquam, aut potiore usu. quippe omnis in illa
Spes iacet hanc contra pestem: quæ cœlitus illic
Perpetua est. ualidos abiecto cortice ramos
Multa ui tidunt: aut in segmenta minuta
Elimant: puroq; scobes in fonte reponunt,
Dum bibulas noctemq; diemq; emaceret humor.

I nde coquunt, nec non illos ea cura fatigat:
 V ulcano ne forte furens erumpat aquæ uis:
 E t superundantem spumam proiectet in ignes.
 S puma quippe linunt, si quicquam è corpore toto
 A bscedit: si quicquam ægros depascitur artus.
 D imidia abstracta, superest quocumq; reponunt
 D iuinæ laticis, quin et segmenta relicta
 R ursus, ut ante, coquunt, addentes suaueliquens Mel.
 S cilicet hunc unum mensis accedere potum,
 E t lex ipsa iubet gentis, mandatq; sacerdos.
 S eruatum at laticem, et decocti pocula primi
 B ina die quaq; assument, quum surgit ab ortu
 L ucifer, et fero egreditur quum Vesper olympo.
 N ec prius absistunt potu, quam menstrua cursum
 L una suum, et totum peragrans perferat orbem.
 F rasernasq; iterum: conuenerit æmula bigas.
 I nterea æcis sese penetralibus abdunt:
 Q uo neque uis uenti, non halitus aëris ullus
 I nsinuet sese: et gelidis afflatibus obsit.
 Q uid mirandum æque memorem super omnia uicta

Quàm tenuem, quàm magna sibi ieiunia poscant ? I
 Quippe solet satis esse, ipsum dum corpus alatur ? I
 Dum superet uita : et tantum ne membra fatiscant ?
 Ne tamen ah ne tanta time : sacer ilicet haustus I
 Ille modo Ambrosiæ, uires reficit q; fouet q; : I
 In q; oeculta gerit ieiunio pabula membris. I
 Nectare ab epoto binas, non amplius, horas I
 Imponunt sese stratis : medicamen ut intro I
 Large eat : et calido sudorem è corpore ducat. I
 Interea uacuas pestis uanescit in auras : I
 Et (dictu mirum) apparet iam pustula nulla : I
 Iam q; Nomæ cessere omnes : iam fortia liquit I
 Membra dolor : primo q; redit cum flore iuuentas : I
 Et iam Luna suum remeans noua circuit orbem. I

Quis Deus hos illis populis monstrauerit usus ?
 Qui demum et nobis casus, aut fata tulere ?
 Hos ipsas : unde et sacræ data copia syluæ :
 Nunc referam. Missæ quæ situm abscondita Nerei
 Aequora in occasum Solis q; cubilia pinus,
 Littoribus longe patriis, Calpe q; relictis,

Ibant oceano in magno : pontum'que secabant
Ignara'que uia , et longis erroribus acta .
Quas circum innumera properantes gurgite ab omni
Ignoti noua monstra maris Nereides uide
Adnabant : celsas miratae currere puppes,
Salsa super pictis uolitantes aquora uelis .

Nox erat : et puro fulgebat ab aethere Luna,
Lumina diffundens tremuli per marmora ponti :
Magnanimus quum tanta heros ad munera fatis
Delectus , dux errantis per caerulea classis,
Luna, ait, o' pelagi cui regna haec humida parent :
Quae bis ab aurata curuasti cornua fronte :
Curua bis explesti : nobis errantibus ex quo
Non ulla apparet tellus : da littora tandem
Aspicere, et dudum speratos tangere portus,
Nostis bonos caeli q; decus Latonia uirgo .
Audiit orantem Phoebe : delapsa q; ab alto
Aethere , se in faciem mutat , Nereia quali
Cymothoe, Cloto q; natant : iuxta q; carinam
Astitit : et summo pariter uans aequore fatur.
Ne nostra

*N*e nostræ dubitate rates : lux crastina terras
*O*stendet : fido'q; dabit succedere portu.
*S*ed uos littoribus primis ne insistite dudum.
*V*ltra fata uocant . medio magna insula ponto
*E*st Ophyre . huc iter est uobis : hic debita sedes
*I*mperiiq; caput . simul hæc effata , carinam
*I*mpulit : illa leui cita dissecat æquora cursu.
*A*spirant faciles auræ : et iam clarus ab undis
*S*urgebat Titan : humiles quum surgere colles
*V*mbrosi procul , et propior iam terra uideri
*I*ncipit . acclamant Nauta : terram'q; salutant :
*T*erram exoptatam . tum portu et litore amico
*E*xcepti , Diis uota piis in litore soluunt :
*Q*uasatasq; rates , defessâque corpora curant .
*I*nde ubi quarta dies pelago , crepitans'q; uocauit
*V*ela notus : remis insurgitur : alta'q; rursus
*C*orripiunt maria : et lati freta cœrula sulcant.
*L*inquitur incerto fluitans Anthyllia ponto,
*A*tque Hagia , atque alta Ammerie , execrata'q; tellus
*C*annibalum , et ripa Gyane nemorosa uirenti.

P rotinus innumeræ panduntur turribus altis
I nsulæ oceano in uasto : quas inter , opacis.
V ndantem syluis unam , cursu'q; sonantem
F luminis aspiciunt : magno qui spumeus alueo
I n mare fulgentes auro subuectat arenas .
H uius in ora placet pronas appellere puppes .
I nuitant nemora , et dulces è flumine lymphæ .
I am'q; solo uiridante alacres , ripa'q; potiti
I n primis terram ignotam , Nymphas'q; salutant
I ndigenas , genium'q; loci , te'q; aurifer amnis ,
Q uisquis in aura maris nitida perlaberis unda .
T um duram Cererem , et patrii carchesia Bacchi
A ggere in herbofo expediunt : dein quærere siqui
M ortales habitent , pars fuluam fluminis undam
M irari : mistam'q; auro disquirere arenam .
F orte per umbrosos syluarum plurima ramos
A ssidue uolitabat auis : quæ picta nitentes
Ceruleo pennas , rostro uariata rubenti ,
I bat natiuo secura per auialuco .
H as iuuenum manus ut syluas uidere per altas

Continuo taua terrificis horrentia bõmbis
 Aera; et flammiferum tormenta imitantia fulmen
 Corripiunt : Vulcanæ tuum, dum Theutonias armâs,
 Inuentum : dum tela Iouis mortalibus affers.
 Nec mora : signantes certam sibi quisque uolucrem,
 Inclusam, salicum cineres, sulphur'que, nitrum'que,
 Materiam; accendunt seruata in reſte fauilla.
 Fomite correpto diffusa repente furit uis
 Ignea circumſepta : ſimul'que cita obice rupto
 Intruſam impellit glandem : uolat illa per auras
 Stridula : et exanimes paſſim per prata iacebant
 Deiectæ uolucres, magno micat ignibus aër
 Cum tonitru : quo ſylua omnis, ripæ'que recurua
 Et percuffa imo ſonuerunt æquora fundo.
 Pars auium nemo in denſum conterrita, et altos
 Se recipit ſcopuloſi quorum de uertice ſummo
 Horrendum una canit : (dictu mirabile) et aures
 Terrificis implet dictis : ac talibus inſit.
 Qui Solis uiolatis aues, ſacraſq; uolantes,
 Heſperii, nunc uos, quæ magnus cantat Apollo,

Accipite : et nostro uobis quæ nuntiat ore .
Vos, quanquam ignari, longum quæ sita, secundis
Tandem parta Ophyræ tetigistis littora uentis.
Sed non ante nouas dabitur summittere terras,
Et longa populos in libertate quietos,
Moliri'q; urbes, ritus'q; ac sacra nouare :
Quam uos infandos pelagi terræ'q; labores
Perpeſi, diuerſa hominum poſt prælia, multi
Mortua in externa tumuletis corpora terra.
Nauibus ammiſiſis pauci patria arua petetis.
Fruſtra alii ſocios quæretis magna remenſi
Aequora : nec noſtro deerunt Cyclopes in orbe.
Impſa inter ſeſe ueſtras diſcordia puppes
In rabie, ferrum'q; trahet : nec ſera manet uos
Illa dies : fædi ignoto quum corpora morbo
Auxilium ſylua miſeri poſcetis ab iſta :
Donec pœniteat ſclerum . nec plura locuta
Horrendum ſtridens denſis ſeſe abdidit umbris .
Ollis oſſa rigor ſubitus percurrit : et omnis
Palluit : ac gelida fugit formidine ſanguis .

Tum

Tum uero sacras uolucres, Diuosq; precant,
In primis Solem, et sanctum seruantia lucum
Numina supplicibus uenerantur agrestia uotis:
Pacem oraturusq; Ophyren, fluuiumq; salutat.
Interea è syluis nigrum genus ora comasq;
Ad naues noua turba uirum concurrit inermis,
Pectora nudi omnes, euincti frondibus omnes
Paciferis: tanta qui celsas mole carinas
Mirati, uestesq; uirum, fulgentiaq; arma,
Vix satis expleri possunt: et, ab æthere missi
Sive homines, siue Heroes sint, siue Deorum
Numina: adorantum ritu, precibusq; salutant:
Ante alios ipsum Regem: cui munera lata
Eripis collectum aurum, et cerealia dona,
Et patrios fructus, et mella liquentia portant.
Vestibus ipsi etiam nostris, et munere multo
Donati: excepti q; mero noua gaudia miscent.
Non aliter, quam si mensis, dapibusq; Deorum
Mortalis quisquam adscitus, felixq; futurus,
Hauriat æternum, cœlestia pocula, nectar.

Ergo ubi amicitiae securos fœdere utrinque
 Firmare animos : habita et commercia gentis :
 Ipsi inter sese reges in litore lati
 Complexu iungunt dextras , et fœdera firmant.
 Alter gossipio tenui pectus' q; femur' q;
 Præcinctus, uiridi limbum pingente Smaragdo :
 Oraniger : iaculo armatur cui dextera acuto :
 Squamosi spoliū sustentat læua Draconis .
 Alter at intexto lanam circumdatus auro :
 Quam subter rutila arma micant : capiti ærea castis
 Insidet : et pictæ uolitant in uertice cristæ .
 Fulgenti ex auro torques cui candida colla
 Cingunt : atque ensis lateri dependet Iberus .
 Et iam commisti populi , hospitio' que recepti ,
 Hi tectis domibus' que , altis in nauibus illi ,
 Lætitia ludis' q; dies per pocula ducunt.
 Forte loco lux festa aderat : Soli' q; parabant
 Vltori facere umbroso sacra annua luco.
 Hesperia' q; , Ophyre' que manus conuenerat omnis.
 Hic conualle caua, ripæ uiridantis in herba,

S electorum ingens numerus, matres'que uiri'que
C onfusi , plebs atque patres, pueri'que senes'que,
A stabant, animis tristes, & corpora fœdi,
S quallentes crustis omnes, tabo'que fluentes.
Q uos circumfusos albenti in ueste sacerdos
P ura lustrat aqua, & ramo frondentis Hyaci.
T um niueum ante aras cædit de more iuuenum.
E t iuxta positum pastorem sanguine casi
R espergit : patera'que rigat. Soli'que potenti
A d numeros pœana canit : nec cætera turba
N on sequitur : maectantq; sues : maectantq; bidentes:
V isceribus'q; ueru tostis epulantur in herba.
 *O*bstupuit gens Europæ ritusq; sacrorum,
C ontagem'que alio non usquam tempore uisam.
A t dux multa animo tacitus secum ipse uolutans,
H ic erat ille, inquit, morbus, (Dii auertite casum)
I gnotum interpres Phœbi quem dira canebat.
T um regem indigenam, (ut sermo fandi'q; facultas
I am communis erat) cui sint solennia Diuum &
S citatur : quid tanta aetate conuale sub alta

Languentum miseranda manus? quid pastor ad aras
Sacra inter, cæsi resperfus sanguine tauri?
Quem contra, Hesperiaë o' heros fortissime pubis,
Rex ait, hi gentis ritus: hæc sacra quotannis
Vltori de more Deo celebramus. origo
Antiqua est: ueteres'q; patrum fecere parentes.
Quod si externorum mores, hominum'q; labores
Audiuisset iuuat: primæua ab origine causam
Sacrorum, et pestis miseræ primordia pandam.
Forsitan Atlantis uestras peruenit ad aures
Nomen, et ex illo generis longo ordine ducti.
Hac et nos, longa serie, de stirpe profecti
Dicimur: heu quondam felix et cara Deum gens:
Dum cælum colere, et superis accepta referre
Maiores sueuere boni: sed numina postquam
Contemni cœptum est, luxu fastu'q; nepotum:
Ex illo quæ sint miseros, quantæ'q; secutæ
Erumnæ, uix fando unquã comprehendere possem,
Insula tum prisca regis de nomine dicta
Ingenti terræ concussa Atlantia mota

Corruit , absorpta oceano : quem mille Carinis
Sulcauit toties , terræ regina marisq; .
Ex illo et pecudes , et grandia quadrupedantum
Corpora , non ullis unquam reparata diebus
Aeternum periere . externaq; uictima sacris
Cæditur . externus nostras cruor imbuit aras .
Tum quoque et hæc infanda lues , quam nostra uidetis
Corpora depasci : quam nulli , aut denique pauci
Vitamus : Diuum offensis , et Apollinis ira
De cælo demissa , omnes grassatur in urbes .
Vnde hæc sacra nouo primum solennia ritu
Instituere patres : quorum hæc perhibetur origo .
 Syrphilus (ut famæ est) ipsa hæc ad flumina pastor
Mille Bours , nitæas mille hæc per pabula regi
Alcithoo pascebat oues , et forte sub ipsum
Solstitium , urebat sitientes Sirius agros :
V. rebat nemora : et nullas pastoribus umbras
Praebant syluæ : nullum dabat aura leuamen .
Ille gregem miseratus , et acri concitus æstu ,
Sublimem in Solem uultus et lumina tollens

Nam quid Sol te, inquit, rerum patremque Deumque
 Dicimus? et sacras uulgi rude ponimus aras?
 Mastatoque Boue, et pingui ueneramur acerra?
 Si nostri nec cura tibi est: nec regia tangunt
 Armenta? an potius superos uos arbitrer uiri
 Inuidia? mihi mille niuis candore Iuuenca,
 Mille mihi pascuntur Oues. uix est tibi Taurus
 Venus: uix Aries caelo (si uera feruntur).
 Venus: et armenti custos Canis arida tanti.
 Demens quin potius Regi diuina faceſſo?
 Cui tot agri, tot sunt populi: cui lata ministrant
 Aequora: et est superis, ac Sole potentia maior.
 Ille dabit facilesque auras: frigusque uirentum
 Dulce feret nemorum armentis: aestumque leuabit.
 Sic fatus, mora nulla, sacras in montibus aras
 Instituit regi Alcithoo: et diuina faceſſit.
 Hoc manus agrestum, hoc pastorum cetera turba
 Exequitur: dant thura focis incensa: litantque
 Sanguine taurorum: et fumantia uiscera torrent.
 Quae postquam Rex, in solio dum forte federet

S ubiectos inter populos, turbam'q; frequentem,
A gnouit: Diuum exhibito gauisus honore,
N on ullum tellure coli, se uindice, numen
I mperat, esse nihil terra se maius in ipsa.
C ælo habitare Deos nec eorū hoc esse quod infra est.
V iderat hæc, qui cuncta uidet: qui singula lustrat,
S ol pater: atq; animo secum indignatus, iniquos
I ntorsit radios: ex lumine fulsit acerbo.
A spectu quo Terra parens, correpta'q; ponti
A equora: quo tactus uero subcaudit aër.
P rotinus illa uicis terris ignota profanis
E xoritur. primus, regi qui sanguine fuso
I nstituit diuina, sacras'q; in montibus aras,
S yphilus, ostendit turpes per corpus Achores.
I nsomnes primus noctes, conuulsa'q; membra
S enfit, ex a primo traxit cognomina morbus
S yphiliden'q; ab eo labem dixere coloni.
E t mala iam uulgo cunctas diffusa per urbes
P estis erat: Regi nec saua pepercerat ipsi.
I tur ad Americen sylvæ in Carth. side Nymphami

*C*ul. ricem nemorum Ammericem: quæ maxima luco
*I*nterpres Diuum responsa canebat ab alto.
*S*citantur: quæ causa mali, quæ cura supersit.
*I*lla refert. spreti uos ò, uos numina Solis
*E*xercent. nulli fas est se æquare Deorum
*M*ortalem. date tburæ Deo: et sua ducite sacra:
*E*t numen placate: iras non proferet ultra.
*Q*uam tulit, æterna est: nec iam reuocabilis unquam
*P*estis erit. quicumque solo nascetur in isto:
*S*entiet. ille lacus Stygios, fatum'q; seuerum
*I*urauit. sed enim, si iam medicamina certa
*E*xpetitis: niueam magnæ mactate iuencam
*I*unoni: magnæ nigrantem occidite uaccam
*T*elluri. illa dabit felicia femina ab alto:
*H*æc uiridem educet felici è semine sylvam:
*V*nde salus. simul obticuit: specus intus, et omne
*E*xcussum nemus: et circum stetit horror ubi'q;
*I*lli obeunt mandata. sua ipsi altaria Soli
*I*nstituunt. niueam Iuno tibi magna iuencam,
*N*igrantem Tellus mactant tibi maxima uaccam.

Mira

Mira edam. (at Diuos iuro, ex monumenta parentū)
Hæc sacra quam nemore hoc toto uos cernitis, arbor
Ante sola nunquam fuerat quæ cognita in ista :
Protinus è terra uirides emittere frondes
Incipit : ex magna campis pubescere sylua.
Annua confestim Soli faciendæ sacerdos
Vltori noua sacra canit, deducitur ipse
Sorte data, qui pro cunctis cadat unus ad aram,
Sypbilus, ex iam farre sacro, uittisq; paratis
Purpureo stabat tincturus sanguine cultros.
Tutatrix uetuit Iuno, ex iam mitis Apollo :
Qui meliorem animam miseri pro morte, iuuentum
Supposuere : feroq; solum lauere cruore.
Ergo eius facti æternum ut monumenta manerent
Hunc morem antiqui primum statuere quotannis
Sacerorum, ille tuum testatur Syphile crimen,
Victima uana, sacros deductus pastor ad aras
Illa omnis, quam cernis, inops miserandaq; turba
Tacta Deo est : ueterumq; luit commissæ parentum
Cui uotis precibusq; piis, numerisq; sacerdos

C onciliat wates Diuos, et Apollinis iras.
L ustrati ingentes ramos, et robora sanctæ
A rboris. aduectant testis: libamine cuius
V i mira infanda: labis contagia pellunt.

T alibus, atq; aliis tempus per multa trahebant
D iuersis populi commisti e partibus orbis.
I nterea Europæ fuerant quæ ad cara remissa
L ittora; iam rursus puppes freta lata remensa
M ira ferunt: late (proh fata occulta Deorum)
C ontagem Europæ cælo crebrescere tandem
A ttonitasq; urbes nullis agitare medelis.
Q uam etiam grauior naues it rumor in omnes
I llo eodem classem morbo, iuuenumq; teneri
H uad numerum exigui, et totis tabescere membris.
E xgo haud immemores, diras tecinisse uolucres,
A ffore, quum sylua auxilium poscatur ab illa:
C ontinuo faciles Nymphas, Solamq; precati
I nfecti ramis ramos, et robora: ab alto
C onuestire purant luco: medicataq; famulit
P ocula, pro ritu gentis: quo munere tandem

C ontagem pepulere feram: quin dona Deorum,
 H aud patria obliti, et felicem ad littora fyluum
 N ostra iubent ferri: cælo si forsitan istos
 A similem pallunt labem: nec fata secundos
 I psa negant Zephyros: facilis q; aspirat Apollo.
 M unera uos Diuum primi accepistis Iberi,
 P rasens mirati auxilium: nunc cognita Gallis,
 G ermanis q;, Scythis q;, orbe et gauisa Latino
 I am nunc Europam uelata est Huyacus in omnem.
 Salue magna Deum manibus sata semine sacro,
 P ulchra comis, spectata nouis uirtutibus arbor:
 S pes hominum, externi decus, et noua gloria mundi
 F ortunata nimis: natam si numina tantum
 O rbe sub hoc, homines inter gentem q; Deorum
 P erpetua sacram uoluissent crescere fylua.
 I psa tamen, si qua nostro te carmine Musæ
 F erre per ora uirum poterunt: hac tu quo q; parte
 N osceris: cælo q; etiam cantabere nostro.
 S i non te Baetra, et tellus extrema sub Arcto
 N on Meroë, Libycis que Ammon combustus arenis,
 e iiii

At Latium, at uiridis Benaci ad flumina ripa
Audiet, et molles Athesi labente recessus.
Et sat erit, si te Tiberini ad fluminis undam
Interdum leget, et referet tua nomina Bemus.

FINIS

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

VAS
1552103